Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

quebat cum multitudo magna. et uidebant signa que
faciebat sup his qui infirmabant. Subiit g ihs in mõ-
tem. et ibi sedebat cũ discipulis suis. Erat aũt pximum
pascha dies festus iudeoꝝ. Cum sublleuasset aũt oculos ihs.
et uidisset quia multitudo magna uenit ad eum. dicit ad
philippum. Unde ememus panes ut manducent hi. Hoc
aũt dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset fac-
turus. Respondit ei philipp. Ducentoꝝ denariorꝝ panes
non sufficiunt eis. ut unusquisq; modicũ quid accipiat. Dic
ei unus ex discipulis eius. andreas frat symonis petri. Est pu-
er unus hic qui habet quinq; panes hordeaceos. et duos
pisces. Sed hec quid sunt inter tantos. Dixit g ihs. facite homines
discumbere. Erat autem fenum multum in loco. Discubuerunt g uiri.
numero quasi quinq; milia. Accepit g panes ihs. et cum
gratias egisset distribuit discumbentibus. similiter et ex piscibus quan-
tum uolebant. Ut aũt impleti sunt dixit discipulis suis. Col-
ligite que superauerunt fragmenta ne pereant. Collegerunt g et
impleuerunt duodecim cophinos fragmentorꝝ ex quinq; pa-
nibus hordeaceis que superfuerunt his qui manducauerant. It
i g homines cum uidissent quod fecerat signũ dicebant. Qꝰ
hic est uere ppheta qui venturus est in mundũ. fria ii t Regnorꝝ

In diebus illis. Venerunt duo mulieres meretrices ad regem salomo-
nem. stetere q; coram eo. Quarꝝ una ait. Obsecro mi dne. ego et
mulier hec habitabamus in domo una. et peperi apud eam in
cubiculo. Tertia autem die. postq ego peperi. peperit et hec. Et eramus
simul. nullus q; alius in domo nobiscũ exceptis nos duabus.
Mortuus est aũt filius mulieris huius nocte. dormiens quippe op-
pressit eum. Et surgens in tempestate noctis silencio. sustu-